



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

141. Preces Christi ad Patre[m] pro se, Discipulis suis, & omnibus in ipsum credituris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

CAP. 141. Preces Christi ad Patrem pro se, Discipulis suis, & omnibus in ipsum credituris. Iohan. 17. * 140.

S. Mattheus

S. Marcus.

S. Lucas.

S. Iohannes.

HÆC locutus est Iesus: & subleuatis oculis in cælum, dixit, Pater, venit hora, clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, vt omne quod dedisti ei: det eis vitam æternam. Hæc est autem vita æterna, Vt cognoscant te, solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. Ego te clarificaui super terram: opus consummaui quod dedisti mihi vt faciam: & nunc clarifica me tu pater apud te ipsum, claritate quam habui prius quam mundus esset, apud te. Manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo. (Tui erant: & mihi eos dedisti) & sermonem tuum seruaerunt. Nunc cognouerunt quia omnia quæ dedisti mihi, abs te sunt: quia verba quæ dedisti mihi, dedi eis: & ipsi acceperunt, & cognouerunt verè quia à te exiui, & crediderunt quia tu me misisti. Ego pro eis rogo: Non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi, quia tui sunt. Et mea omnia, tua sunt: & tua mea sunt: & clarificatus sum in eis. Et iam non sum in mundo: & hi in mundo sunt, & ego ad te venio. Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi: vt sint vnum, sicut & nos. Cùm essem

b

S. *Matthæus* S. *Marcus*. S. *Lucas*.S. *Iohannes*.

essem cum eis, ego seruabam eos in no-
 mine tuo. Quos dedisti mihi, custodiri
 & nemo ex eis perijt, nisi filius per-
 tionis, vt scriptura impleatur. Nun-
 autem ad te venio: & hæc loquor
 mundo, vt habeant gaudium meum
 impletum in semetipsis. Ego dedi
 sermonem tuum, & mundus eos odis
 habuit, quia non sunt de mundo, sic
 & ego non sum de mundo. Non rogo
 vt tollas eos de mundo, sed vt serues
 eos à malo. De mundo non sunt; sic
 & ego non sum de mundo. Sanctifico
 eos in veritate. Sermo tuus veritas est.
 Sicut tu me misisti in mundum, & ego
 misi eos in mundum. Et pro eis ego
 sanctifico meipsum: vt sint & ipsi sanctifi-
 cati in veritate. Non pro eis autem
 rogo tantum, sed & pro eis qui crediderunt
 sunt per verbum eorum in me: vt co-
 gnoscentes vnū sint, sicut tu pater in me, & ego
 in te, vt & ipsi in nobis vnū sint, &
 credat mundus quia tu me misisti.
 Et ego claritatem quam dedisti mihi
 dedi eis. vt sint vnū, sicut & nos vnū
 sumus. Ego in eis, & tu in me: vt sint
 summati in vnū: & cognoscat mundus
 quia tu me misisti, & dilexisti me
 sicut & me dilexisti. Pater, quos dedi-
 disti mihi, volo, vt vbi sum ego, & illi
 mecum: vt videant claritatem meam
 quā dedisti mihi, quia dilexisti me
 te constitutionem mundi. Pater vnus
 mundus te non cognouit. ego autem
 cognoui: & qui cognouerunt, quia tu
 misisti. Et notum feci eis nomen tuum
 & notum faciam: vt dilectio, quam
 dixisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis.